



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Cur peccata quæ cum fine perpetrata sunt, sine fine puniantur. lxiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

est, vt ab iniustitia corrigeret, etiam falsa est pollicitus, vt ad iustitiam prouocaret. Sed quis hoc dicere, vel insanus præsumat? Et si minatus est, quod nõ erat impleturus, dum asserere eum misericordem volumus, fallacem, quod nefas est dicere, prædicare compellimur.

Cur peccata quæ cum fine perpetrata sunt, sine fine puniantur. Cap. LXIII.

SCIRE velim, quomodo iustū sit, vt culpa quæ cū fine perpetrata est, sine fine puniatur. Hoc rectè diceretur, si di- *Ex eod.*
strictus iudex non corda hominum, sed facta pensaret. Ini- *Pet. int.*
qui enim ideo cum fine deliquerunt: quia cum fine vixe- *Gre. ref.*
runt. Nam voluissent vtique, si potuissent, sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendūt enim, quia in peccato viuere semper cupiunt, qui nunquam desinūt peccare, dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicatis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.

Quòd Deus pius sit, & non pascatur cruciatu miserorū, iustus autem, & ideo non sedetur in perpetuum ab iniquorum vltione. Cap. LXIII.

SED nullus iustus crudelitate pascitur, & delinquens *Ex eod.*
seruus à iusto domino, idcirco cædi præcipitur, vt à ne- *Pet. int.*
quitia corrigatur. Ad hoc enim vapulat, vt emendare de- *Gre. ref.*
beat. Iniqui autem gehennæ igni traditi, si ad correctionē nunquam veniant, quo sine semper ardebunt? Omnipotēs Deus, quia pius est, miserorum cruciatu nõ pascitur: Quia autem iustus est, ab iniquorum vltione in perpetuum non sedatur. Sed iniqui omnes æterno supplicio deputati, sua quidem iniquitate puniuntur, & tamē ad aliquid ardebūt, scilicet, vt iusti omnes, & in Deo videant gaudia quæ percipiunt, & in illis respiciant supplicia quæ euaserunt, quatenus in æternum tantò magis diuinæ gratiæ debitores se esse cognoscant, quantò in æternum mala puniri conspiciunt, quæ eius adiutorio vicerunt.

De hoc si ante restitutionem corporum, animæ iustorum in cælum recipiantur. Cap. LXV.

PLACET quod dicis: Sed velim nosse, si nūc ante re- *Ex eod.*
stitutionem corporum in cælum recipi valeant animæ *Pet. int.*
Gre. ref.